

et qui quietus in se ipso quod erat continuit. commotus ad nocturnam omnium odorem sue fortitudinis asperit. Sic enim unguenta redolere latius nesciunt nisi commota. et sic aromata fragrantia sua, nisi cum incenduntur expandunt. ita sancti uiri omne quod uirtutibus redolent in tribulationibus innotescit. Unde et recte in euangelio dicitur. Si habueritis fide tamquam granum sinapis, dicitis huic monti. transi hinc. et transibit. Granum quippe sinapis, nisi conteratur nequaquam uis uirtutis eius agnosceretur. Nam nisi conteratur lenis est. si uero conteratur inardescit. et quod in se acerrimum latebat ostendit. Sic unus quisque uirtutes cum non pulsatur despicibilis ac lenis aspicietur. si qua uero illi tributa persecutio nis opprimat. mox omne quod calidum sapit ostendat. atque in seruiore uirtutis ueritatem. quicquid in illo ante despicibile infirmumque uidebat. quod quod in se per tranquillitatis tempora libens operuerat. eragrat tribulationibus coactus innotescit. Unde bene per prophetam dicitur. In die mandauit dominus misericordiam suam. et nocte declarabit. Misa enim domini in die mandatur. quia in tranquillo tempore cognoscendo percipitur. In nocte uero declaratur quia donum quod in tranquillitate sumitur. in tribulationibus manifestatur. Si subtilis perscrutandum est cur tot flagella percussit. quanta uirtutum custodia sine reprehensione seruauit. Humilitatem quippe habuit. quia et ipse testatur. Si contempsi iudicium subire cum seruo meo et ancilla mea. cum disceptarent aduersum me. Hospitalitatem exhibuit. sic ipse prohibet dicens. Foris non mansit pegrinus. ostium meum uiam patuit. Discipline uigorem tenuit. sic ipse indicat dicens. Principes cessabant loqui. et digiti superponebant ori suo. Mansuetudinem in uigore custodiuit. sic ipse fatetur dicens. Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu. etiam tam merentium consolator. Et in osinarum largitate amplexus est. sic ipse insinuat dicens. Si comedi buccellam meam solus. et non comedit pupillus ex ea. Cum ergo omnia mandata uirtutum perciperet. unum ei deerat. ut et etiam flagellatus agere gratias sciret. Notum erat quia seruire deo in domino nouerat. si dignum fuit ut districtio seueritatis inquireret. utrum deus deo et in flagella permaneret. Pena quippe interrogat. si quietus quis ueraciter amat. Quae hostis quidem ut deficeret petit. sed ut perficeret accepit. Fieri enim dominus benigne permisit quod diabolus inique postulauit. Nam cum ideo illum expectasset hostis ut consumeret. temptando egit ut eius merita augeret. Scriptum quippe est. In omnibus his non peccauit iob labiis suis. Et quidem quaedam uerba responsionum illi impiis